BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

Aurelio Teodosio Macrobio visse nell'Impero di Teodosio, ed ancora in quello di Onorio verso l'anno 410 di N. C. = Esposinio in Somnium Scipionis, & Saturnalia fol: Ven: Jenson 1472 Prima edizione. Jol: Bnx: Boninus de Boninis 1483. seconda edizione. Aruood

1483

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

SOMNIVM SCIPIONIS EX CICERONIS LIBRO DE REPVBLICA EXCERPTVM.

VM IN APHRICAM VENISSEM a Mālio cōsule ad q̄rtā legionē tribunus (ut scitis) militū: nihil mihi fuit potius: q̄ ut Massinissam conuenirem regem familiæ nostræ iustis de causis amicissimum: ad quem ut ueni: complexus me senex collachrymauit aliquāto. post suspexit ad cælum: & grates inquit tibi sū me Sol ago: uobisq; reliquis cælites: q; anteq̄ ex hac uita migro: conspicio in meo regno & in his tectis Pub. Cornelium Scipionē cuius ego nomine ipse recreor: ita nunq̄ ex animo meo discessit illius optimi atq; inuictissimi uiri memoria: deinde ego illū de regno suo: ille me de nostra repu. percunctatus est: multisq; uer bis ultro citroq; habitis ille nobis consumptus est dies. Post autem regio apparatu accepti sermonem in multam noctem produximus: cū senex nihil nisi de Aphricano loqueretur: omniaq; non solum eius facta: sed etiam dicta meminisset: deinde ut cubitum discessimus: me & de uia & quia ad multam noctem uigilassem arctior q̄ solebat somnus complexus est. Hic ergo mihi (credo equidem ex hoc quod eramus locuti: fit enim sæpe fere ut cogitationes sermonesq; nostri pariant aliquid in somno tale: quale de Homero scribit Ennius: de quo uidelicet sæpissime uigilans solebat cogitare & loqui) Aphricanus se ostendit ea forma quæ mihi ex imagine eius q̄ ex ipso notior erat: quem ut agnoui equidem corrui. Sed ille ades inquit animo: & omitte timorem Scipio: & quæ dicam memoriæ trade. Vides ne illam urbē quæ parere reipu. coacta p me renouat pristina bella nec potest quiescere? Ostendebat autem Carthaginem de excelso & pleno stellarum illustri & claro quodam loco: ad quam tu oppugnandam nunc uenis pene miles. Hanc hoc biennio consul euertes: eritq; tibi id cognomen per te partum: quod habes adhuc hæreditariū a nobis. Cum autem Carthaginem deleueris: triumphum egeris censorq; fueris & obieris legatus Aegyptum Syriam Asiam Græciamq;: delegere iterum consul absens & bellum maximum con

ficies Numantiam excides. Sed cum eris curru in Capitolium
iuectus: offendes rempub. perturbatã consiliis nepotis mei. Hic
tu Aphricane ostẽdas oportebit patriæ lumen animi ingenii con
siliiq; tui: Sed eius temporis ancipitem uideo quasi fatorum ui
am. Nam cũ ætas tua septenos octies Solis anfractus redituſq;
conuerterit. duoq; hi numeri quorum uterq; plenus: alter altera
de causa habetur circuitu naturali: summam tibi fatalem confe
cerint: in te unum atq; in tuum nomen se tota conuertet ciuitas
Te senatus: te omnes boni: te socii: te latini ituebũtur. Tu eris
unus: in quo nitatur ciuitatis salus. Ac ne multa dictator rẽpu.
constituas oportet: si impias propinquorum manus effugeris
Hic cum exclamauisset Lælius: ingemuissentq; cæteri uehemen
tius: leniter arridens Scipio: quæso inquit: ne me a somno exci
teris: & pax sit rebus. Audite cætera. Sed quo sis Aphricane alacri
or ad tutandam rempu. sic habeto: Omnibus qui patriam con
seruauerint adiuuerint auxerint: certum esse in cælo diffinitum
locum: ubi beati sempiterno æuo fruãtur. Nihil est ergo illi prĩ
cipi deo: qui omnem mundum regit: quod quidem in terris fi
at acceptius: q̃ concilia cœtusq; hominum iure sociati: quæ ciui
tates appellantur. Harum rectores & cõseruatores hinc profecti
huc reuertuntur. Hic ego (et si eram perterritus non tam mor-
tis metu q̃ insidiarum a meis) quæsiui tamen uiueret ne ipse &
pater Paulus: & alii quos nos extinctos arbitrabamur: ĩmo uero
inq̃t hi uiuunt: q e corpor̃ uinculis tanq̃ e carcere euolauerunt.
Vestra uero quæ dicitur uita mors est Quin tu aspicias ad te ue
nientem patrem Paulũ? Quem ut uidi: equidem uim lachry-
marum profudi. Ille autem me complexus atq; osculans flere
prohibebat. Atq; ego ut primũ fletu represso loqui posse cœpi
quæso inq̃ pater sanctissime atq; optime: quoniam hæc ẽ uita:
ut audio Aphricanum dicere: quid moror in terris? quin huc ad
uos propero uenire? Non est ita inquit ille. Nisi enim cum de-
us is: cuius hoc templum est omne quod cõspicis: istis te corpo
ris custodiis liberauerit: huc tibi aditus petere nõ potest. Homi
nes enim sunt hac lege generati: qui tuerentur illũ globũ: quem
in hoc templo medium uides: quæ terra dicitur. hisq; animis
datus est ex illis sempiternis ignibus: quæ sidera & stellas uoca
tis: quæ rotondæ & globosæ diuinis animatæ mẽtibus circulos

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

ſuos orbeſq; conficiũt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi & piis omnibus retinendus animus ẽ in cuſtodia corporis: nec iiuſſu eius: a quo ille eſt nobis datus ex hominũ uita migrandũ eſt ne munus humanũ aſſignatum a deo defugiſſe uideamini: Sed ſic Scipio: ut auus hic tuus & ut ego qui te genui: iuſticiam cole & pietatẽ: quæ cũ magna in parẽtibus & propinquis tum in patria maxima eſt. Ea uita uia eſt in cælũ & in hunc cœtũ eorꝝ qui iam uixerunt: & corpore laxati illũ incolunt locum: quem uides Erat autẽ is ſplendidiſſimo candore inter flammas elucens circulus: quẽ uos (ut a Graiis accepiſtis) orbem lacteũ nuncupatis: ex quo oĩa mihi contẽplanti præclara cætera & mirabilia uidebant. Erant autem hæ ſtellæ quas nũq; ex hoc loco uidimus: & hæ magnitudines omnium quas eſſe nũq; ſuſpicati ſumus. Ex quibus erat ea minima: quæ ultima a celo citima terris luce lucebat alie na. Stellarum autem globi teræ magnitudinem facile uincebant Iam uero ipſa terra ita mihi parua uiſa eſt: ut me imperii noſtri quo quaſi punctum eius attingimus: pœniteret. Quam cũ magis intuerer: quæſo ĩquit Aphricanus: quouſq; humi defixa erit tua mens? Non ne aſpicis quæ in templa ueneris? Nouem tibi orbibus uel potius globis cõnexa ſunt omnia: quorꝝ unus eſt cæleſtis extimus: qui reliquos cõplectitur omnis ſũmus ipſe deus arcens & continens cæteros: in quo ſunt infixi illi qui uoluunt ſtellarum curſus ſempiterni. Cui ſubiecti ſeptem: qui uerſãtur retro contrario motu atq; cælum: E quibus unum globum poſſidet illa: quam in terris ſaturniam nominant. Deinde hominũ generi proſperus & ſalutaris ille fulgor: qui dicitur iouis: tunc rutilus & horribiliſq; terris: quẽ Martem dicitis. Deinde ſubter mediam fere regionem ſol obtinet dux & princeps & moderator luminum reliquorꝝ mens mundi & temperatio tanta magnitudine: ut cũcta ſua luce cõpleat & luſtret: Hũc ut comites cõſequũtur Veneris alter: alter Mercurii curſus. In infimoq; orbe Luna radiis ſolis ſuccenſa conuertit. Infra autem iam nihil eſt: niſi mortale & caducum præter animos munere deorꝝ hominum generi datos: ſupra Lunam ſunt æterna oĩa. Nam ea quæ ẽ media & noua tellus neq; mouet: & infima eſt: & ĩ eã feruntur omnia nutu ſuo põdera. Quæ cum intuerer ſtupẽs: ut me recepi: quid inq; eſt qui complet aures meas tantus & tã dulcis ſonus? Hic

Luna

Nouem circuli

Circulus primus

Secundus

Saturniæ circulus

Iouis

Martis

Solis

Veneris

Mercurii

Luna

Cæli armõia